



## **Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...**

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec  
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione  
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè  
tractatur

**Herincx, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

Præfatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

# PRÆFATIO.



EXTRACTATIS in Parte precedenti ijs, qua D. Thomas in Prima Secunda explicat, Fine videlicet Ultimo, medijsq; eo conducen- tibus vel ab illo avertentibus (qua sunt actus boni & mali, seu meritorij & demeritorij) eorumq; regulis & principiis: in hac Tertia Parte agendum erit de ijs, qua D. Thomas Secunda Secunda tractat, nimirum de Virtutibus & Vitiis singillatim, quaq; ob abundantiam materia specialem sibi Theologiae partem merito vendicant; praesertim commodissime & iuxta ordinatam me- thodum Disputationem de Virtutibus & vitiis in genere; quam- quam de his D. Thomas in Prima Secunda egerit. Estq; noti- tia hujus materia cuius Theologo & curam animarum ha- bentis utilisima: etsi quoque ad Ethicam seu Philosophiam mo- ralem spectet notitia Virtutum & Vitiiorum moralium, quate- nus consonant aut dissonant praevis rectae rationi; & non qua- tenus respectum dicunt ad supernaturalem beatitudinem; pro- ut neque ad illam spectat tractatio de Virtutibus infusis, sive Theologicis, de quibus hic ex professo tractatur.

Hanc itaque Partem secabimus in quatuor Tractatus. Et in primo quidem de Virtutibus in communi, & de tribus Theo- logicis in speciali: in secundo de quatuor Virtutibus Cardinali- bus: in tertio de Contractibus, in quarto denique de Religione & aliis Virtutibus fustitia affinis, quantum fieri poterit clari- tate & brevitate, Deo opitulante, agemus.

## DISPUTATIO PRIMA.

### De Virtutibus & Vitiis in Communi.

#### QUÆSTIO I.

##### Quid sit Virtus?

opus ejus bonum, virtutem visivam, & vir- tutem equi ad currendum, pro exemplis posuit.

Secundo sumitur pro effectu facultatis operativae, praesertim excellentis, ut Mar- ci 6. Non poterat ibi virtutem ullam facere. Aut pro fructu alicujus potentiae seu fa- cultatis generatim. Joëlis 2. Lignum ait sicut fructum suum, ficus & vinea dederunt vir- tutem.

Tertio sumitur pro principio perma- nente potentiam proximè inclinante ad be- ne operandum. Prout virtutes intellectua- les inclinant intellectum ad bonè intelligen- dum.

A

duo

1.  
Varia acce-  
ptiones Vig-  
inti.



IRTUTIS nomen variè sumitur. Primò pro qua- cumque perfectione, praesertim si in facultate aliquid faciendi consistat; ut Psal.

32. Spiritus oris ejus omnis virtus eorum, caelorum scilicet. Simili sensu Philosophus 2. Eth. 6. in princ. describens virtutem esse, qua bonum facit habentem, & Hermes Sum. Theol. Pars III.